Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

in corde decentior fortior et pulchrior/ etiam
corporaliter apparebat. Cum vero ei hoc
non licebat debilis efficiebatur/ et quasi ex-
animis. Ad honorem omnipotentis dei
domini mei ihesu christi eterni sponsi # Ac
meus promitto meaque confessoris hoc re-
fero. quod frequenter ipsa loquente mecum de
deo. Ac de eius altissimis misteriis pro-
fundius disserente/ sermo protendebatur
in longum et ego qui longissime dista-
bam a mente sua/ carnisque mole nimi-
um aggravabar/ arripiebar a somno/
Illa vero que dum sic loquebatur absorbe-
batur tota in deum/ verba sua continu-
abat/ anquam de mea dormitione perpende-
ret. Cum autem post moram me adver-
teret dormire/ forti sonitu excitabat
me dicens/ Et quid pro somno perditis
tantum anime vestre profectum/ Nunquid
muro loquor verba dei an vobis/ Pre omnia
vero ista/ volens imitari patrem suum sanctum
qui ei apparuerat. scilicet beatum dominicum/ de
una cathena ferrea tres recipiebat
cottidie disciplinas/ primam pro se/ secundam
pro vivis/ tertiam pro defunctis. Sic enim legitur
in legenda beati dominici/ quod in celo pater
conuiter faciebat quod et ista imitata
e longo tempore. Sed postquam fuit toti-
ens infirmitatibus aggravata/ continuare non
potuit/ Verum dum ego secrete ab ipsa in-
quirerem qualiter illam primam faciebat quam-
vis verecunde/ confessa tamen est michi/ quod pro
qualibet disciplina unam horam cum di-
midia occupabat/ nec umquam vel rarissi-
me attendebat quin sanguis scapularum/
usque ad pedes flueret decurrendo/ Perpen-
dis lector cuius perfectionis hec fuerit anima
que ter in die corpus flomobotomabat.
ut sanguinem pro sanguine redderet salvatori.
Perpendis quante virtutis fuerit hec que

promissa sunt agere/ in sica patrum latres
nullo hic inveniatur hominum instruente/
nullo ducente/ nullo exemplum dante/ le-
ge gesta sanctorum scrutare patrum egyp-
tiorum vitas/ ipsarumque sanctarum scripturarum inda-
gine non obmittas. Et vide si alicubi
reperies simile. Nam paulum primum heremitam
inveniens solum in desertis diu vixisse.
Sed corvum cum hoc dimidium ei panem.
cottidie afferente. Anthonium famosissimum
legis mirabiles austeritates exercuisse.
Active pariter et passive. Sed si recolis.
ad diversos anachoritas accessisse/ ac
a quolibet/ aliquod virtutis exemplum
tamquam flores/ dicitur collegisse/ Hylario-
nem licet puerum/ recitat beatus Ieronimus
prius adiisse anthonium/ et ab ipso infor-
matum deserta petisse/ ibique fortiter di-
micando vicisse. Sed macharii duo/ ar-
senius/ et ceteri/ quos nimis longum esset or-
dinate nominare/ omnes vel unum vel plures
preceptores/ doctores/ verbo et exemplo per viam dei
habuerunt ductores/ et hoc semper vel in
desertis/ vel in monasteriis propositi re-
gularis/ et ordinatis. Hanc autem novam
filiam abrahe/ cernis lector non in mo-
nasterio nec in deserto. Sed in domo paterna
absque auspiciam hominis viatoris exemplo.
sine auxilio. et cum multorum domesticorum im-
pedimento/ illum attigisse perfectionis gradum
in abstinentia/ quem nullus illorum attinge-
re potuit. Quid dicemus ad hec. Adhuc
oro paulisper absulta/ Moysen bis et he-
lyam semel quadragenarium perfecisse ie-
iunium absque cibo et potu/ scriptura sacra
commemorat/ quod et salvator ipse complevit
evangelista testante. Sed adhuc plurium
annorum ieiunium non legimus. Iohannes
baptista quamvis deo ducente deserta peti-
erit. ibique habitaverit. mel tamen silvestre ac